

Etiam propter figuram paschalis agni. De quo scriptum est Exod. 12. quod decima die mensis accipiebatur de grege, & seruabatur vsque; ad quartadecimam diem tunc immolandus. Et quia secundum Greg. cum crescunt dona, rationes crescunt donorum necesse est vt pro maximo dono Dei sacratissima scilicet passioe non fiat à nobis horaria commemoratio, sed matura, & perseverans. Et propter mysteria profundissima, quæ non cogitatione vana transilire, sed meditatione deuotissima ac amorosa masticare debemus singula. Vnde scriptum est de agno figurati. Nihil crudum comedetis ex eo. Incipit igitur hodie primo tractare causas propinquas, quibus ad passionem peruenit, quæ duæ fuerunt. Vna ex parte Christi patientis: Alia ex parte populi Iudaici penam in ferentis, sed in die parasceues amaritudinem passionis nobis offeret. Ex parte Christi fuit honor patris, quem restituere voluit, quæ homo subtraxit. Fuit quoque; obedientia seruandi veritatem, & iustitiam, quæ tunc obricenda non erat, à qua ne discederet, maluit sponte obedientiam seruando mori, quam turpiter fugere. Ex parte iudeorum fuit inhonoratio filii ex inuidia letali procedens, quæ in patris contemptum redundabat, vtraque; in themate designatur. Honorifico &c. Primo recitetur euangelium. Subiungetur postilla cum cuiusdam dubii solutione.

Inter omnia opera domini excellentissio passio Christi.

Leo Papa. Nihil mirabilius, nihil sublimius inter omnia opera misericordie Dei, quæ ab initio seculi impensa sunt salutis mortalium, reperitur dominica passioe. Huic enim sacramento viuientia præcedentem seculorum mysteria seruauerunt, in historijs, in prophetis, in legalibus ceremonijs, & sacrificijs. Ipsum denique; exhibitum, omni tempore christianorum animas exercet, ne que vllum christianæ religionis officium est, quo non mundi reconciliatio hac salutifera passioe conquesta celebretur. Sed nec vilius rei prophetia mentibus christianorum, ita vt passionis huius mysteria indaganda sunt, ac tena-

cius imprimenda. Postquam beatus Paulus in lege doctissimus abundantius æmulator existens paternarum traditionum. Gal. 1. Et magnitudine reuelationum exaltatus velut in tertium celum raptus 2. Corin. 12. arcana audiens, quæ non licet homini loqui, non aliud iudicauit se scire nisi Christum Iesum, & huc crucifixum 1. Corin. 2. Cui consonat Bern. sermone. 44. super cantica. Non requiro sicut sponsa vbi cubet in meri die, vbi pascat quem intueor saluatorem in cruce, huc meditari dixi sapientiam In ipso perfectionem iustitiæ constitui plenitudinem scientiæ, diuitias salutis, copias meritum. Quæ quamuis omni tempore colenda sunt, maxime tamen isto tempore sacro dominicæ passionis deputato corde deuotissimo amplecti debent, quo de peccatorum plenaria gaudemus remissione, ac post multiplicium peccatorum scelera paterna reconciliatione, per hanc enim Deo patri per Christum reconciliati sumus. Hinc apostolus Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionemque; peccatorum.

Sed diceres quomodo sanguis Christi effusus, aut mors nos patri reconciliauit? Nunquid patri placuit mors vni geniti sui? qui etiam non letatur in perditione viuorum? Sap. 1. Imo verius. Nihil amplius displicuit, quia nihil filio magis dilexit. Hinc Ansel. 2. Cur Deus homo, dictum sui discipuli approbat, quod minima læsio illius personæ peior fuit peccato omnium hominum, seu quam peccatum omnium hominum sit malum. Solutio. Passio, siue mors Christi dupliciter consideratur. In ordine ad iudicium inferentem, & in ordine ad Christum voluntarie offerentem. Mors Christi non placuit patri inquantum ablatiua vitæ, Deo patri super omnes creaturas dilectæ, Sed placuit, & summe placuit pro quanto à filio dilectissimo ex summa charitate pro iustitia, ad honorem patris sponte fuit assumpta. Sic enim amici mors pro amico passata, tanto est illi placentior, quanto vita

Sanguis Christi nos patri reconciliauit & quodto.